

## LATINE: PERSEUS ET ANDROMEDA

M<sup>a</sup> TERESA BELTRÁN, M<sup>a</sup> TERESA CASES, MERCEDES GARCÍA

(Grupo Galatea)

grupogalatea@gmail.com

Aeolus aeterno carcere ventos clauerat et clarissimus alto caelo ortus est.  
Perseus ab utraque parte pedum pennis ligat et unco telo accingitur, atque motis  
talaribus aera findit. Gentibus innumeris relictis, Aethiopum populos arvaeque conspicit.

Illic iniustus rex Ammon inmeritam  
Andromedan maternaे linguae poenas  
pendere iusserat. Cum Perseus eam  
religatam bracciis ad duras rupes vidit,  
marmoreum opus esse ratus est, sed levis  
aura capillos movit et lacrimae tepido fletu  
ex virginis oculis manaverunt. Ille inscius  
stupet et imagine correptus paene suas  
pennas in aere quatere oblitus est.

Ut primum stetit, dixit “pande  
requirenti nomen terraeque tuumque et cur  
vincla geras.” Primo illa silet nec virum adpellare audet. Lumina, quod potuit, lacrimis



obortis inplevit. Et, nondum memoratis omnibus, unda insonuit et belua veniens inmeno ponto inminet et sub pectore aequor latum possidet.

Tum virgo conclamat; genitor lugubris et mater, ambo miseri, adsunt, nec secum auxilium, sed dignos fletus plangoremque tempore ferunt et in vincto filiae corpore adhaerent, cum sic hospes ait:

“Vos lacrimarum longa tempora manere potestis, sed ad opem ferendam brevis hora est. Egomet Perseus, Iove natus et illa, quam Iuppiter clausam fecundo auro inplevit, Gorgonis anguicomae superator et cum alis iactatis per aerias auras ire ausus, certe a vobis generum omnium optimus praeferrer, si hanc virginem peterem; interea tantis dotibus tempto et paciscor addere meritum, ut, si numina mihi faveant, Andromeda mea sit si mea virtute servata sit.”

Sic Perseus locutus est. Statim virginis parentes, eius verbis auditis, legem accipiunt et orant promittuntque super regnum dotale.

[Texto adaptado de Ovidio, *Metamorfosis*, IV, 663-705]



Andrómeda, Perseo y Cefeo (tomado de theoi.com)